

et nullum vult perire, super hanc morbidam ovem pietatis vestre viscera effundatis et, ne naufragiis utriusque expers professionis scopulum incidat desperationis, eum apud nos vel in extremis profiteri concedatis. Valet.

154.

Markgraf Konrad übergibt im Einverständniss mit seiner Gemahlin Luidgard und seinen Söhnen 5 die in der Augsburger Diöces gelegene Abtei Elchingen dem Schutze des Römischen Stuhles.

Brehna, 1142 Febr. 27.

Gedr.: Lünig, Spicilegium ecclesiasticum 18,274.

Ann.: Wie aus dem Schlußsatz der Urkunde hervorgeht, existirte eine ausführlichere, mit Zeugen versehene Urkunde, welche dem Papste überbracht wurde. Sie ist nicht erhalten. Es erscheint dies Stück mehr als ein Begleitschreiben 10 zu der in regelrechter Urkundenform abgefaßten Tradition.

Summo sancte Romane ecclesie et apostolice sedis pontifici, dignissimo quoque^{a)} et universalis ecclesie patri Innocentio, videlicet servo dei. Conradus unus dei gratia principum Saxonie possessor et tutor Myssinensis marchie una cum coniuge sua Luidgarde et dilectis filiis suis Ottone, Thieterico, Henrico, Dedone tante dignitati debitam omnimode 15 subiectionis reverentiam. Veteris et novi testamenti patrum exemplis edocti, divinis etiam et apostolicis preceptis informati vere didicimus et fideliter credimus et fideles quoslibet oportere deo ad ipsum promerendum devotissimos existere et non solum temporalia bona, verum et se ipsos debere sinceriter et iustissime ipsi ex toto offerre. Hec attendentes, ne coram deo vacui penitus inveniremur, ego C[onradus] dei gratia marchio cum coniuge mea 20 L[uidgarde] et dilectis filiis nostris O[ttone], T[hieterico], H[enrico], D[edone] ad remedium anime nostre et parentum nostrorum abbatiam in Suevia super ripam Danubii sitam in Augustinensi episcopatu in predio et hereditate nostra et in loco, qui dicitur Elchingen, feliciter mutatam, quippe ubi deo sueque matri Marie semper virgini ibidem serviatur, hunc, inquam, locum et ipsam abbatiam cum omnibus eidem pertinentibus deo suisque 25 sanctis apostolis Petro et Paulo et Romane sedi devotissime et ad integrum offerimus et omni iure abdicato in perpetuum subiicimus, hac quidem libertatis conditione, ut unus ex hoc loco Romane sedi singulis annis solvatur aureus. Noscat vero, venerande pater, sanctitas vestra, qualiter in eodem loco tempore parentum uxoris mee castrum fuerat pridem et turris Babylonis constructa et quo modo locus ille situ suo conveniens ante vide- 30 batur mundanis illecebris, eo magis nunc ad lesionem inibi deo monastica vita servientium, imo ad subversionem loci antiquus valde timetur hostis. Quapropter sub testificatione dei sanctorumque omnium, sub obtentu quoque nostre devote servitutis, pater amande, sanctitatis vestre discretionem suppliciter imploramus, flagitamus, quatenus eiusdem loci cum omnibus pertinentiis suis donationem vestra dignanter auctoritas suscipiat et ita sub chyro- 35 grapho apostolice tuitionis et vinculo vestri anathematis beato Petro et Romane sedi firmissime adstringat, nec huic per vos sic roborate traditioni cuiusquam tyrannidis amodo temeraria potestas manus lesionis imponere presumat. Oblata est autem deo et beatis

154. a) quoquo Lünig.